2. πολλὰ add. ex L. 11. τρισὶ τε] τρισὶ δὲ HL. τρισὶ τε Hm. *ibid.* λειπίσιν Scaliger. Libri ὀπίσω.

bant; sed ne membranis ac nervis, qualia ibi multa sunt, pertusis, viro, domesticorum Belisarii generosissimo, interitum afferrent. Deinde medicus quidam, Theoctistus nomine, cervici adhaerens, ex eo quae sit, hincne multum doleret? Ac dolere se affirmanti, Ergo, inquit, *scopes eris, et integro valebis oculo.* Haec aiebat, certo coniciens, eo sagittae cuspidem evasisse, ut abesset a cute propius. Itaque teli partem, quae extabat, praecisam abiecit, divisisque nervis dissectione, ubi sensus doloris erat acerrimus, inde nullo negotio mucronem avellit trifidum, et alteram sagittae partem secum trahentem. Atque ita Arxes incolumis servatus est, immo nec vestigium vulneris in eius vultu superfuit. Cutilas vero, cum ex ipsius capite eductum fuisset apiculum maiori vi (quippe altius infixum sedebat) in deliquium incidit, coeptisque inflammari membranis cerebri, phrenesi correptus, paulo post moritur. Quod ad Bucham attinet, profusam ex illius femore vim sanguinis maximam subsecutura mors visa est. Cuius rei causam afferebant hanc medici, quod ictus non recta, sed obliqua incisione musculum secuisset. Quare tertio post die animam egit. Propterea Romani illam noctem integram traduxere magno in luctu, dum etiam plurima Gotthorum lamenta et graves comploratio-

D καὶ κωκυτοὶ μεγάλοι ἐκ τῶν χαρακωμάτων ἤκούοντο. καὶ ἐθαύ-
μαζόν γε Ῥωμαῖοι, ἐπεὶ οὐδὲν ἐδόκει πάθος ξυμβῆναι τοῖς πο-
V 60 λεμίοις λόγου ἄξιον τῇ προτερουῖα, πλήν γε δὴ ὅτι ὀλίγοι αὐτῶν
ἐν ταῖς ξυμβολαῖς διεφθάρησαν. ὅπερ καὶ πρότερον αὐτοῖς οὐ-
δὲν τι ἤσσαν, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, ξυνερχθὲν οὐ λίαν γε αὐτοῦς 5
διὰ τὴν πολυανθρωπίαν διετάραξεν. ἐγνώσθη μέντοι τῇ ὕστε-
ραῖα ὡς ἄνδρας δοκίμους ἐς τὰ μάλιστα τοῦ ἐν Νέρωνος πεδίῳ
στρατοπέδου Γότθοι ἐθρήνον, οὓς δὴ ὁ Βούχας ἐν τῇ πρώτῃ
ὄρμῃ ἔκτεινεν. ἐγένοντο δὲ καὶ ἄλλαι οὐκ ἀξιόλογοι ξυμβολαί,
P 393 ἄσπερ μοι ξυγγράψω οὐ τι ἀναγκαῖον ἔδοξεν εἶναι. πάσας μὲν-10
τοὶ ἐξήκοντα καὶ ἐπτὰ ἐν τῇδε τῇ πολιορκίᾳ ξυνηνέχθη γενέσθαι,
καὶ δύο δὴ ἄλλας ὑστάτας, αἱ μοι ἐν τοῖς ὀπισθε λόγοις εἰρή-
σσονται. τότε δὴ ὁ τε χειμῶν ἔληγε καὶ τὸ δεύτερον ἔτος ἐτελεύτα
τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Προκόπιος ξυνέγραψεν.

B γ'. Ἦδη δὲ τῆς θερινῆς τροπῆς ἄρξασμένης λιμὸς τε ὁμοῦ 15
καὶ λοιμὸς τοῖς ἐν τῇ πόλει ἐπέπεσε. καὶ τοῖς στρατιώταις μὲν
σῖτος ἔτι ἐλείπετο, ἄλλο δὲ τῶν ἐπιτηδείων οὐδὲν, Ῥωμαίους δὲ
τοὺς ἄλλους ὁ τε σῖτος ἐπελελοίπει καὶ ὁ λιμὸς ἀκριβῶς ξὺν τῷ
λοιμῷ ἐπέλεξεν. ὣν δὴ οἱ Γότθοι αἰσθόμενοι μάχῃ μὲν διακινδύ-
νεύειν πρὸς τοὺς πολεμίους οὐκέτι ἤθελον, ἐφύλισσον δὲ ὅπως 20
αὐτοῖς μηδὲν τοῦ λοιποῦ εἰσχομίζοιτο. ἔστων δὲ ἐς τότε ὕδατος
ὄχετῶ δύο μεταξὺ Λατίνης τε καὶ Ἀππίας ὁδοῦ, ὑψηλῶ ἐς ἄγαν,
κυρτώμασί τε ἐπὶ πλείστον ἀνεχομένῳ. τούτῳ δὴ τῶ ὄχετῳ ἐν

21. ἐστών Pm. ἔστι P.

22. δύο] Vulgo δύο.

nes ex eorum castris editas audirent, atque ideo mirarentur, quod nulla videretur accidisse hostibus pridie calamitas gravior, nec nisi eorum pauci in conflictibus oppetiissent: cum eiusmodi casus, immo vero maiores ante inveci, ipsos non admodum turbassent, superante ingenti multitudine. At postridie compertum est Gotthos vicem lamentari virorum, in campi Neroniani castris praecellentium, quos Buchas in primo congressu sustulerat. Aliae praeterea pugnae leviores editae sunt, quarum descriptionem minime necessariam iudico. Sunt autem patrata in hac obsidione certamine LXXII. aliaque postrema duo, de quibus dicam postea. Tum pariter cum hieme alter annus exiit huiusce belli, cuius historiam conscripsit Procopius.

3. Iam vero, aestivo solstitio ineunte, cum fame pestis urbem invasit. Militibus rei cibariae nihil erat reliquum, praeter panem: quo ipso defecti Romani caeteri, fame simul et lue gravissime conflictabantur. Re Gotthi cognita, cum hoste ferro decernere nolentes amplius, solum cavebant, ne quid unquam foris acciperet. Sunt adhuc vias inter Latinam et Appiam praesalti ac longe fornicibus elati aquaeductus duo. Quin-

χώρῳ διέχοντι Ῥώμης σταδίοις πεντήκοντα ξυμβάλλοντον τε ἀλλή-
 λωιν καὶ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν δι' ἄλλου τρέπεσθον. ὁ γὰρ ἔμπρο- C
 σθεν χώραν λαχὼν τὴν ἐν δεξιᾷ τηρικαῦτα χωρεῖ φερόμενος τὰ
 εὐώνυμα. πάλιν δὲ ξυνιόντες καὶ χώραν τὴν προτέραν ἀπολα-
 5 βόντες τὸ λοιπὸν διακεκρίσθων, καὶ ἀπ' αὐτοῦ χώρον τὸν με-
 ταξὺ ὀχύρωμα ξυμβαίνει τὸ ἐκ τῶν ὀχετῶν περιβαλέσθαι. τού-
 των δὲ τὰ κάτω κυρτώματα οἱ βόρβαροι λίθοις τε καὶ πηλῷ φρά-
 ξαντες φρουρίῳ τε σχῆμα πεποίηται κἀνταῦθα οὐχ ἦσσαν ἢ ἐς
 ἑπτακισχιλίους ἐνοστρατοπεδευσάμενοι φυλακὴν εἶχον τοῦ μηκέτι
 10 τοὺς πολεμίους ἐς τὴν πόλιν τι τῶν ἐπιτηδείων ἐσκομίζεσθαι.
 τότε δὴ Ῥωμαίους πᾶσα μὲν ἐλπίς ἀγαθὴ ἐπελελοῖπει, πᾶσα δὲ
 ἰδέα κακοῦ περιεστήκει. ἕως μὲν οὖν σῆτος ἤκμαζε, τῶν στρα- D
 τιωτῶν οἱ εὐτολμότατοι ἐναγούσης αὐτοὺς τῆς τῶν χρημάτων
 ἐπιθυμίας ἵπποις τε ὀχούμενοι καὶ ἄλλους ἐφέλκοντες ἐν τοῖς
 15 ληλοῖς ἐγίνοντο νύκτωρ τῆς πόλεως οὐ μακρὰν ἄποθεν. καὶ τέ-
 μνοντες τοὺς ἀστάχους καὶ τοῖς ἵπποις, οὓς αὐτοὶ ἐφέλκον, ἐν-
 τιθέμενοι, ἕς τε τὴν πόλιν λανθάνοντες τοὺς πολεμίους ἐκόμιζον
 καὶ χρημάτων μεγάλων Ῥωμαίων τοῖς εὐδαίμοσιν ἀπεδίδοντο.
 οἱ μὲντοι ἄλλοι βοτάναις τισὶν ἀπέζων, οἷαι πολλαὶ ἀμφὶ τε τὰ
 20 προάστεια καὶ τοῦ περιβόλου ἐντὸς γίνονται. βοτάνη γὰρ γῆν
 τῶν Ῥωμαίων οὔτε χειμῶνος ὥρα οὔτε ἐς ἄλλον ἐπιλείπει καιρὸν,
 ἀλλ' ἀνθεῖ τε αἰεὶ καὶ τέθηλεν εἰς πάντα τὸν χρόνον. ἀπ' οὗ δὴ
 καὶ ἵπποφορεῖν ἐνταῦθα τοὺς πολιορκουμένους τετύχηκε. τινὲς

1. διέχοντι] διέχοντες H.

21. οὔτε — οὔτε] Vulgo οὐδὲ — οὐδὲ.

quagesimo ab urbe stadio coeunt, et modico intervallo deflectunt in con-
 trarium, ita ut qui iam supra ad dextram fuit, ibi ad laevam tendat.
 Denuo coeuntes, recepto loci pristino ordine, in diversum exinde abeunt.
 Quo fit, ut medium illud spatium circummunitum sit aquaeductibus: quo-
 rum arcus inferiores ita lapidibus et luto Barbari praestruxerunt, ut loco
 formam castelli dederint: ubi stationarii, haud pauciores septem millibus,
 praesidium agitabant, eo intenti, ne in urbem hostis comestus ullos in-
 ferret. Tunc Romanos spe bona penitus destitutos, cuiusque generis
 mala circumsederunt. Ac militum quidem animosissimi, quandiu maturum
 in arvis frumentum fuit, amore pecuniae impellente, equis vecti, aliosque
 agentes vacuos, de nocte in segetes non procul ab urbe se immittebant,
 cumque adductos secum equos desectis spicis onerassent, clam hostibus,
 eas deserebant in urbem, et magno pretio Romanis vendebant divitibus,
 dum herbis caeteri victitarent, quarum affatim est cum circa suburbia,
 tum intra muros. Nam neque hiems, neque alia tempestas ulla agrum
 Romanum herbis viduat, sed illae perpetua nitent viriditate. Hinc equis
 etiam obsessorum pabula suppcebant. Quidam botulos e carnibus mu-

- P 394 δὲ καὶ ἐξ ἡμιόνων τῶν ἐν Ῥώμῃ θνησκόντων ἀλλᾶντας ποιούμενοι ἀπεδίδοντο λάθρα. ἐπεὶ δὲ σίτον τὰ λήια οὐκέτι εἶχε καὶ ἐς μέγα κακὸν ἄπαντες Ῥωμαῖοι ἀφίκοντο, Βελισάριον τε περιστάτω καὶ ἐν μάχῃ μιᾷ διακρίνεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους ἠνάγκαζον, Ῥωμαίων οὐδένα τῆς ξυμβολῆς ἀπολείψασθαι ὑποσχόμενοι. 5
- H 216 καὶ αὐτῷ ἀπορομένῳ τε τοῖς παροῦσι καὶ λίαν ἀχθομένῳ τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου ἑλεξάν τινες τοιάδε
 ,, Ὅδ προσδεχομένους ἡμᾶς ἢ παροῦσα, ὦ στρατηγέ, κατέ-
 B λαβε τύχη, ἀλλ' εἰς πᾶν ἡμῖν τούταντιον τὰ τῆς ἐλπίδος ἐκβέ-
 βηκε. τετυχηκότες γὰρ ὢν πρότερον ἐν ἐπιθυμίᾳ κατέστημεν, 10
 τανῦν ἐς τὴν παροῦσαν ξυμφορὰν ἤκομεν, καὶ περιέστηκεν ἡμᾶς
 V 61 ἢ προλαβοῦσα δόξα τῷ καλῶς τῆς βασιλείως προμηθείας ἐφίε-
 σθαι, νῦν ἄνοιά τε οὐσα καὶ κακῶν τῶν μεγίστων ὑπόθεσις. ἀφ' οὗ δὴ ἐς τόδε ἀνάγκης ἀφύγμεθα ὥστε ἐν τῷ παρόντι ἔτι βιάζε-
 σθαι καὶ πρὸς τοὺς βαρβάρους ὀπλίζεσθαι τετολμήκαμεν. καὶ 15
 συγγνώμη μὲν εἰ πρὸς Βελισάριον θρασυόμεθα. γαστήρ οὐκ οἶδεν ἀποροῦσα τῶν ἀναγκαίων υἰσχύνεσθαι. ἀπολελογήσθω δὲ ἡμῶν ὑπὲρ τῆσδε ἡμῶν τῆς προπετείης ἢ τύχης, πάντων γὰρ εἰκότως ἀνιαρότατος δοκεῖ εἶναι ἡμυνοόμενος τοῖς οὐκ εὖ φερομέ-
 C νοις ὁ βλος. τὰ μὲν οὖν ξυμπεσόντι ἡμῖν ὀρεῖς δῆπουθεν. ἀγροὶ 20
 μὲν οὗτοι καὶ χώρα ξύμπασα ὑποπέπτωκε ταῖς τῶν πολεμίων χερσὶ. πόλις δὲ αὐτῆ τῶν ἀγαθῶν ἀποκέκλεισται πάντων ὧν οὐκ

1. ἀλλᾶντας] Vulgo ἀλλάντας. ἀλάντας L. 5. Ῥωμαίων] Ῥο-
 μαίων L. 14. ἔτι P, Vat. ἔτι τῷ HL. 19. ἀνιαρότατος]
 Vulgo ἀνιαρώτατος.

lorum qui Romae moriebantur, confectos vendebant clanculum. Nudatis iam agris messibus, ad extrema redacti Romani omnes, conventum facto agminis Belisarium ad decretoriam cum hoste pugnam compellunt, ab ea neminem civium abfore pollicentes. Tum ipsum praesenti necessitate districtum, et valde animo dolentem, quidam e populo his fere verbis affati sunt.

Expectationi, qua tenebamur, Magister militum, rerum haec nostrarum fortuna minime respondet: sed spei plane contrarium exitum reperimus. Id enim consecuti, quod prius in votis erat, in hanc modo calamitatem devenimus, iamque insania mera est, ac nobis acerrimas maximas parit iniecta ante opinio; quas nos a pristina conditione avertit praeclaro studio gaudendi Caesarea providentia. Unde eo necessitatis adducti sumus, ut iam etiam uti vi audeamus, et in Barbaros arma sumere. Ac nobis detur venia, si apud Belisarium Adentius loquimur. Ieiunus enim et inops venter erubescere nescit. Fortuna quoque, qua premimur, nostram hanc excuset licentiam: siquidem vita omnium miserissima videtur esse, quae infelicibus prorogatur. Vides quae nobis acciderint. En, agros atque omnem late regionem hostis tenet: cunctis vitae commedis urbs haec

ἴσμεν ἔξ ὄτου δὴ χρόνου. Ῥωμαίων δὲ οἱ μὲν ἤδη κεῖνται, τὸ
 μηδὲ γῆ κρύπτεσθαι κληρωσάμενοι, οἱ περιόντες δὲ ἡμεῖς, ὡς
 ἂν συλλήβδην εἶπωμεν ἅπαντα τὰ δεινὰ, ξυττετάχθαι τοῖς οὕτω
 κειμένοις εὐχόμεθα. πάντα γὰρ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὁ λιμὸς τὰ
 5 κακὰ φορητέα δείκνυσιν, ἔνθα τε ἂν φαίνηται, μετὰ τῶν ἄλ-
 λων ἐπέρχεται τῆς λήθης καὶ θανάτους ἅπαντας, πλὴν τοῦ παρ'
 αὐτοῦ, προσιόντας πρὸς ἡδονῆς εἶναι τοῖς ἀνθρώποις ἐργάζεται.
 ἕως τοίνυν μὴ κεκράτηκεν ἡμῶν τὸ κακὸν, δὸς ἡμῖν ὑπὲρ ἡμῶν
 αὐτῶν ἀνελεσθαι τὴν ἀγωνίαν, ἔξ ἧς ἡμῖν ἢ περιεῖναι τῶν πολε- D
 10 μίων ἢ τῶν δυσχερῶν ἀπηλλάχθαι ξυμβήσεται. οἷς μὲν γὰρ ἐλ-
 πίδα σωτηρίας ἢ μέλλησις φέρει, πολλὴ ἄνοια προτερήσασιν ἐς
 κίνδυνον τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων καθίστασθαι. οἷς δὲ τῇ βραδυτῆτι
 δυσκολώτερος ὁ ἀγὼν γίνεται, τὸ καὶ πρὸς ὄλιγον ἀναβάλλεσθαι
 χρόνον τῆς παραυτίκα προπετείας μεμπτότερον. Ῥωμαῖοι μὲν
 15 τοσαῦτα εἶπον. Βελισάριος δὲ ἀμείβεται ὧδε „Ἄλλ' ἔμογε καὶ
 λίαν προσδεχομένῳ τὰ παρ' ὑμῶν γέγενηται πάντα, ἐκβέβηκε δὲ
 παρὰ δόξαν οἰδέν. ἐγὼ γὰρ οἶδα πάλαι δῆμον ὅτι πρᾶγμα ἀβου-
 λότατόν ἐστι, καὶ οὔτε τὰ παρόντα φέρειν πέφυκεν οὔτε τὰ μέλ-
 λοντα προβουλεύσασθαι, ἀλλ' ἐγχειρεῖν μὲν εὐπετιῶς αἰεὶ τοῖς ἀμη-
 20 χάνοις, διαφθεῖρεσθαι δὲ ἀνεπισκέπτως ἐπίσταται μόνον. ἐγὼ
 μέντοι οὐκ ἂν ποτε διὰ τὴν ὑμετέραν ὀλιγωρίαν οὔτε ὑμᾶς ἀπολέ-
 σαμι ἐκὼν γε εἶναι οὔτε ὑμῖν τὰ βασιλέως ξυνδιαφθεῖραμι πρῶ- P 395
 γματα. πόλεμος γὰρ οὐκ ἔξ ἀλογίστου τῆς σπουδῆς κατορθοῦ-

6. τῆς λήθης] τῆς om. H et Reg. *ibid.* λήθης] λήθη Reg. et
 Hm. 16. ὑμῶν Vat. ἡμῶν P. 18. 21. 22. οὔτε — οὔτε]
 Vulgo οὐδὲ — οὐδὲ.

*interelusa est, idque tamdiu, ut spatium temporis viz animo complectamur. Iam Romanorum pars iacet, insuperata: nos vero superstites, ut quae pæ-
 titur, uno omnia verbo comprehendamus, in numerum vel sic isentium venire cupimus. Quos enim famas occupat, his mala quæseis suadet esse tolerabilia, aliarumque ærumnarum oblivionem sua præsentia inducit, et quodlibet mortis genus, præter illud quod ipsa infert, homini suave red-
 dit. Quæmobrem patere, ut malo hoc nondum fracti, pro nobis ipsi pugnemus, vel victoriam, vel ærumnarum finem consecuturi. Illi certe, qui-
 bus cunctatio spem salutis affert, stultissime fecerint, si rerum summam in certaminis aleam præfestinent conicioere: qui vero prælii difficultatem augment mora, hæc, quantulacunque fuerit, ipsi vitio vertenda potius est, quam promptus ad audendum impetus. Huius Romanorum orationi Belisarius ita respondit. Ego vero, quæcumque fecistis hæcenus, certa cogita-
 tione præcipiebam, nec præter opinionem quidquam accidit. Quippe iam-
 diu novi insubidum esse vulgus, nec instantis patiens, nec futuri providum, nihil scire nisi difficillima facile semper aggredi, temereque in perniciem ruere. At me caeca levitas vestra non ita movet, ut vos, resque Impera-
 toris perdere vobiscum velim. Neque enim rem bellicam promovet inconsi-*

σθαι φιλεῖ, ἀλλ' εὐβουλίᾳ τε καὶ προμηθείᾳ τὴν τῶν καιρῶν ἀεὶ σταθμώμενος ῥοπήν. ὑμεῖς μὲν οὖν πεττεύειν οἰόμενοι τὸν ἕνα βούλεισθε ὑπὲρ ἀπάντων ἀναρριπτεῖν κύβον, ἔμοι δὲ οὐ σὺνῆθεις αἰρεῖσθαι πρὸ τοῦ ξυμφόρου τὸ ζήντομον. εἶτα σὸν ἡμῖν ἐπαγγέλλισθε τοῖς πολεμίοις διὰ μάχης ἵναί, τότε τὰς μελέτας τοῦ 5 πολέμου πεποημένοι; ἢ ποῖος τὰ τοιαῦτα ἐκμαθῶν τοῖς ὄπλοις οὐκ οἶδεν ὅτι οὐ χωρεῖ ἄχρι τῆς διαπείρας ἡ μάχη; οὐδὲ αὐτὸς σοι ἐμμελετᾶν ὁ πολέμιος ἐν τοῖς ἀγῶσι παρέχεται. νῦν μὲν οὖν
 B τὴν προθυμίαν ὑμῶν ἄγαμαι καὶ συγγνώμων εἰμι ταραχῆς τῆσδε. ὡς δὲ ὑμῖν ταῦτα οὐκ εἰς καιρὸν γέγονε καὶ ἡμεῖς μελλήσει προ-10 μηθεὶ χρωμέθα ἐγὼ δηλώσω. στρατεύμα ἡμῖν ἀριθμοῦ κρεῖσσον ἐκ πάσης γῆς ἀθροίσας βασιλεὺς ἐπεμψε καὶ στόλος, ὅσος οὐ πώποτε Ῥωμαίοις ξυνέστη, τὴν τε Καμπανίας ἀκτὴν καὶ κόλπου τοῦ Ἴονίου τὰ πλεῖστα καλύπτει. ὀλίγων τε ἡμερῶν ξὺν πᾶσι τοῖς ἐπιτηδεύουσιν παρ' ἡμῶν ἤξουσιν, τὴν τε ἀπορίαν ἡμῖν διαλύ-15 σοντες καὶ πλήθει βελῶν τὰ τῶν βαρβάρων στρατόπεδα καταχω-
 C σοντες. ἀνθ' ὧν καὶ ἐλογισάμην ἐς τὴν ἐκείνων παρουσίαν τὸν τῆς ξυμβολῆς μᾶλλον ἀποθέσθαι καιρὸν, καὶ ξὺν τῷ ἀσφαλεῖ τὸ τοῦ πολέμου πορῆσθαι κράτος, ἢ σπουδῇ ἀλογιστῶ θρασυνόμενος τὴν τῶν ὄλων σωτηρίαν προῖεσθαι. ὅπως δὲ αὐτίκα τε ἤξουσιν 20 καὶ μὴ περαιτέρω μελλήσουσιν, ἐγὼ προνοήσω.

D
 V 62 δ'. Τούτοις μὲν Ῥωμαίων τὸν δῆμον παραθαρσύννας Βε-
 λισάριος ἀπεπέμψατο, Προκόπιον δὲ, ὃς τὰδε ξυνέγραψεν, αἰ-

22. παραθαρσύννας Reg. παραθρασύννας P.

*decreta celeritas, sed maturum consilium et providentia, quae omnia occasio-
 num momenta ponderet. Vos, quasi alicui luderetis, unius tali iactui
 summam rerum vultis subiacere. At meus non est mos compendia praes-
 optare longioris operae utilitatibus. Deinde, nobiscum vos hostem aggres-
 suros pollicemini. Verum quandonam vos re militari exercuistis? Quis
 haec disciplinam ipso armorum tractatione edoctus, ignorat, non eo perti-
 nere praecium, ut repente erudiat usu rudem, nec tibi hostem in certami-
 nibus umbratilem belli meditationem praebere? Ac vestram quidem ala-
 critatem demiror: excitati vero tumultus do veniam. Hoc demum a vobis
 factum alieno tempore, et nos sapienter cunctari probabo. At nos misit
 Imperator contractum ex universo Orbe exercitum innumerabilem: et clas-
 sis, quanta nunquam a Romanis constata fuit, Campanias littus et sinus
 Ionii partem maximam tegit. Huc paucos intra dies adveniunt cum omni
 genere commensurum, nec inopiam modo a nobis depellent, sed Barbaro-
 rum etiam castra obruent telorum vi. Quamobrem satius esse duxi pug-
 nam in eorum adventum differre, et victoriam tuto consequi, quam praeci-
 piti inconsultaque audacia salutem communem proicere. Caeterum ut
 quamprimum adsint, nec morantur diutius, providebo.*

4. Vix plebem Romanam Belisarius his verbis animatum remiserat, cum Neapolim, quo missum ab Imperatore exercitum fama nuntiabat, au-

τικά ἐς Νεάπολιν ἐκέλευεν ἵναί. φήμη γάρ τις περιήγγελλεν ὡς
 στρατεύμα ἐνταῦθα βασιλεὺς πέμψει. καὶ οἱ ἐπέστελλε ταῦς τε
 ὅτι πλείστας σίτου ἐμπλήσουσθαι καὶ στρατιώτας ἀγεῖραι ἄπαν- H 217
 τας, ὄσους ἐν τῷ παρόντι ἐκ Βυζαντίου ἦκειν τετύχηκεν, ἢ ἑπ-
 5 πων φυλακῆς ἕνεκα ἢ ἄλλου ὁποσοῦν ἐνταῦθα λελείφθαι, οἷους
 δὴ πολλοὺς ἐς τὰ Καμπανίας χωρία ἠκηκόει ἵναί. τινὰς δὲ καὶ
 τῶν ταύτῃ φρουρῶν ἀφελίσθαι, ἤξειν τε ξὺν αὐτοῖς τὸν σίτον
 παρακομίζοντα ἐς Ὀστίαν ὅτι τάχος, τὸ Ῥωμαίων ἐπίνειον. καὶ
 ὁ μὲν ξὺν τῷ Μουνδίλῃ τῷ δορυφόρῳ καὶ ὀλίγοις ἰππεῦσι διὰ P 396
 10 πύλης, ἢ Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἐπώνυμος, νύκτωρ διήλθε,
 λαθῶν τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον, ὅπερ ἄγχιστα ὁδοῦ τῆς
 Ἀππίας ἐφύλασεν. ἐπειδὴ τε ἐς Ῥώμην οἱ ἀμφὶ Μουνδίλαν
 ἐπανήκοντες ἀφίχθαι ἤδη Προκόπιον ἐς Καμπανίαν οὐδενὶ ἐντυ-
 χόντα τῶν βαρβάρων ἀπήγγελλον· νύκτωρ γὰρ οὐποτε τοὺς πο-
 15 λεμίους ἕξω τοῦ στρατοπέδου πορεύεσθαι· εὐέλπιδες μὲν γεγένη-
 ται ἄπαντες, Βελισάριος δὲ θαρσύνσας ἤδη ἐπενόει τάδε· τῶν
 ἰππέων πολλοὺς ἐς τὰ πλησίον ἐξέπεμψεν ὀχυρώματα, ἐπιστεί-
 λας, ἣν τινες τῶν πολεμίων ταύτῃ ἴωσιν, ἐφ' ᾧ τὰ ἐπιτήδεια ἐς
 τὰ στρατόπεδα ἰσχομισῶνται, ἔνθεν αὐτοῖς ἐπεκδρομάς τε καὶ B
 20 ἐνέδρας πανταχόθι τῶν τῆδε χωρίων ἀεὶ ποιουμένους μὴ ἐπιτρέ-
 πειν, ἀλλὰ παντὶ σθένει ἀπείργειν, ὅπως ἢ τε πόλις ἐλασσόνως
 ἢ πρότερον τῆ ἀπορίᾳ πέλζοιτο καὶ οἱ βάρβυροι πολιορκεῖσθαι

6. καμπανίας Reg. ἐν Καμπανίᾳ P. 8. παρακομίζοντα L. corr.
 Vulgo παρακομίζοντι. 13. ἐντυχόντα] ἐντυχόντι L. 15. πο-
 ρεύεσθαι Vat. Vulgo ἵναί.

ctorem huius Historiae Procopium destinavit, insitque frumento navea
 implere plurimas, nec milites solum cogere omnes, cum ab urbe Byzantio
 recentes, tum qui in eo tractu, sive ut equos suos servarent, sive
 aliam ob causam restabant, quales multos per Campaniam sparsos audie-
 rat: sed partem etiam praesidorum, quae ibi essent, deducere, et cum
 ipsis Ostiam (id Romanorum navale est) frumentum advehere, quam ce-
 lerissime possent. Ille cum Mundila Praetoriano et paucis equitibus per
 eam portam, quae a Paulo Apostolo nomen habet, sic egressus est nocte,
 ut hostium castra sefellerit, praesidii gratia proxime viam Appiam
 posita. Dein Mundila Romam reverso, ac referente iam in Campaniam
 pervenisse Procopium, Barbarorum nemine facto obviam, propterea quod
 hostes totam noctem sese castris tenerent, laeta spes omnibus affulsit, et
 plenam fiducia Belisarius hoc consilium cepit. Magnam equitum partem
 in vicinas munitiones emittit, praecipiens, ut, si qua hostium manus illac
 commentus in castra importare velit, crebris inde factis excursibus, et
 insidiis ubique structis, id nunquam patiantur, sed omni ope prohibeant:
 quo et urbs minori quam ante prematur penuria, et obsideri potius Bar-

μᾶλλον ἢ αὐτοὶ πολιορκεῖν Ῥωμαίους δόξαιαν. Μαρτίνον μὲν καὶ Τραιανὸν ξὺν χίλοις ἐς Ταρακίαν ἐκέλευσεν ἵεναι. οἷς δὴ καὶ Ἀντωνίαν τὴν γυναῖκα ξυνέπεμψεν, ἐντειλάμενος ἐς τε Νεάπολιν αὐτὴν στέλλεσθαι ξὺν ὄλλοις τισὶ καὶ τύχην ἐκ τοῦ ἀσφαλῶς τὴν σφίσι ξυμβησομένην παραδοκεῖν. Μάγνον τε καὶ Σινθούην τὸν δορυφόρον πεντακοσίους μάλιστα ἐπαγομένους ἐς Τεβούρων τὸ φρούριον ἐπέμψε, σταδίους τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν Ῥώμης διέχον. ἐς μέντοι τὸ Ἀλβανῶν πόλισμα, σταδίους μὲν τοσοῦτους ἀπέχον, ἐν δὲ τῇ Ἀππίᾳ ὁδῷ κείμενον, πρότερον ἤδη Γόνθαριν ξὺν Ἐρούλοις τισὶ πέμψας ἔτυχεν, οὗς δὴ οἱ Γότθοι 10 βιασάμενοι ἐξήλασαν ἐνθὲνδε οὐ πολλῷ ὕστερον.

Ἔστι δὲ τις νεὼς Παύλου τοῦ ἀποστόλου, Ῥώμης τοῦ περιβόλου τέσσαρας καὶ δέκα σταδίους ἀπέχον. ὁ τε ποταμὸς αὐτὸν παραρρεῖ Τίβερις. ἐνταῦθα ὀχίρωμα μὲν οὐδαμῆ ἔστι, στοῦ δὲ τις ἄχρι ἐς τὸν νεῶν διήκουσα ἐκ τῆς πόλεως, ἄλλαι τε πολλαὶ 15 οἰκοδομίαι ἀπ' αὐτῶν οὔσαι οὐκ εὐέροδον ποιοῦσι τὸν χῶρον. ἔστι δὲ τις καὶ αἰδῶς πρὸς ταῦτα δὴ τὰ ἱερὰ τοῖς Γότθοις. ἐς οὐδέτερον γοῦν τοῖν ἀποστόλοις νεῶν παρὰ πάντα τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν ἄχαρι τι πρὸς αὐτῶν γέγονεν, ἀλλὰ πάντα τῆδε τοῖς ἱερεῦσιν, ἥπερ εἰώθει, ἐξοσιοῦσθαι ξυμβέβηκεν. ἐν τούτῳ δὲ 20 τῷ χωρίῳ Βαλεριανὸν, τοὺς Οὐννοὺς ἀπαντας ἀπαγαγόντα, χαράκιμα περὶ τοῦ Τιβέριδος τὴν ἄσθην ἐκέλευε ποιῆσθαι, ὅπως ἂν αὐτοῖς τε ἀδείεστερον οἱ ἵπποι τρέφοντο καὶ οἱ Γότθοι μᾶλλον

5. Σινθούην] σινθουσιν H. 6. Τιβούρων] τίβουρ Reg. et Lm.
τίβερις HL. 20. ξυμβέβηκεν] συμβέβηκεν L.

bari quam Romanos obsidere videantur. Martino Traianoque imperat Tarracinam abeant cum viris mille: quibuscum et Antoninam uxorem mittit, iussam proficisci inde Neapolim cum nonnullis, et fortunam, quae res cunq̄ue suas maneret, expectare in tuto. Ad Tiburtinum castellum, quod Roma stadiis abest cxi. Magno et Sinthue Praetoriano ducibus, quingentos fere destinat. Iam ante ad Albanorum oppidum, in via situm Appia, totidemque ab urbe stadiis dissitum, Gontharin cum Erulorum agmine miserat: quos Gotthi non multo post inde vi expulerunt.

Templum est Pauli Apostoli, quod a moenibus Romae stadiis xiv. distat. Alluitur fluvio Tiberi, nullis septum operibus: quanquam ab urbe pertinens ad templum hoc porticus, et vicina utriusque aedificia, faciles negant ad locum aditus. Porro Gotthi sacram hanc Pauli aedem Apostoli, itemque alteram Apostoli Petri sic reverentur, ut neutram toto belli tempore, ne minimum quidem, violarint: at Sacerdotibus de more sacra illis omnia procurare licuerit. Iussus a Belisario Valerianus, Hunnis secum eductis omnibus, in eo loco, ad Tiberis ripam, castra ponere, tum ut liberius equos alerent, tum ut Gotthis facultas minor esset, loc-

ἔτι ἀναστέλλοιτο τοῦ κατ' ἔξουσίαν ὡς ἀπωτάτω τῶν στρατοπέδων τῶν σφετέρων ἵνα. ὃ δὲ κατὰ ταῦτα ἐποίησε. ἐπειδὴ τε οἱ Οὐννοι ἐνταῦθα ἰσχυροποιήσαντο, ὅπερ ὁ στρατηγὸς ἐνετέλλετο, εἰς τὴν πόλιν ἀπήλαυσε. ταῦτα μὲν ὄν Βελισάριος 5 διαπνεραγμένους ἠσυχάζει, μύχης μὲν οὐκ ἄρχων, ἐκ δὲ τοῦ τεί- V 63
 χους ἀμύνεσθαι προθυμοῦμενος, ἦν τις ἔξωθεν ἀπ' αὐτῆς κα- P 397
 κουρηγῶν ἴοι. καὶ οἷτον μέντοι τισὶ τῶν Ῥωμαίων δήμου πα-
 ρείχετο, Μαρτίνος δὲ καὶ Τραϊανὸς διελθόντες νίκτωρ τὰ τῶν
 πολεμίων στρατόπεδα, ἐπειδὴ ἐν Ταρακίῃ ἐγένοντο, Ἀντωνίαν
 10 μὲν εἰς Καμπανίαν ξὺν ὀλίγοις τισὶν ἐπεμψαν, αὐτοὶ δὲ τὰ ταύ-
 τη δακρυώματα καταλαβόντες, ἔνθεν τε ὁρμώμενοι, καὶ τὰς ἐφό-
 δους ἐκ τοῦ αἰφνιδίου ποιοῦμενοι, τῶν Γότθων τοὺς τὰ ἐκείνη
 περιόντας χωρῖα ἀνέστελλον. Μάγνος δὲ καὶ Σινθούης τοῦ τε
 φρουρίου ὄσα κατεπεπτάκει ἐν βραχεῖ ἀνυποδομήσαντο χρόνῳ
 15 καὶ ἐπειδὴ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἐγένοντο, ἤδη μᾶλλον ἐλύπουν τοὺς πο-
 λεμίους, ἅτε αὐτῶν τὸ ἐπιτελεῖσθαι οὐκ ἄποθεν ὄν συχνά τε κα-
 ταθέοντες, καὶ τῷ ἀπροσοκῆτι ἐμπλήσοντες αἰεὶ τῶν βαρβάρων
 20 καὶ τῶν ἀπροσοκῆτι ἐμπλήσοντες αἰεὶ τῶν βαρβάρων
 ὅτι τινὶ δόρατι πληγαῖς τὴν δεξιὰν χεῖρα τῶν τε νεύρων οἱ ἀπο-
 κοπέτων ἀπόμαχος τὸ λοιπὸν γέγονε. καὶ Οὐννοι δὲ τὸ στρα-
 τόπεδον ἐν γειτόνων, ὅπερ μοι ἐρρήθη, πεποιημένοι οὐκ ἐλάσ-
 σω κακὰ τοὺς Γότθους ἐποιοῦν, ὥστε καὶ αὐτοὶ τῷ λιμῷ ἐπιέ-
 ζοντο ἤδη, οὐκέτι σφίσι ἀδείας οὐσης τὰς τροφὰς ὡσπερ τὸ

1. ἀπωτάτω] ἀποτάτω P.
 13. περιόντας] περιόντας L.

6. ἀπ' αὐτῆς] ἐκ' αὐτῶ Pm.

gius a suis castris evagandi ad libitum; mandatum exequitur, Hunnis-
 que, ubi Magister militiae praescripserat, metatis, in urbem redit. His
 constitutis, nihil movebat Belisarius, nec pugnam lacecebat, ad exter-
 nam vim, si qua ingrueret, a moenibus propulsandam paratissimus. Ac
 nonnullis quidem e Romana plebe frumentum praebuit: Martinus vero ac
 Traianus noctu castra hostium praetergressi, post suum Tarracinam ad-
 ventum, Antoninam cum paucis in Campaniam miserunt, et vicinis mun-
 tionibus occupatis, coeperunt ita inde erumpere, ut Gotthos, ea per-
 videntes loca, subitis represserint incursionibus. Magnus et Sinthues,
 reparatis brevi ruinis omnibus castelli Tiburtini, iam in tuto positi, hostem,
 cui munimentum hoc prope imminabat, magis ac magis vexabant, crebris-
 que et improvisis excursibus Barbaros, deductores commeatuum, percel-
 lebant: donec Sinthues, hasta in quodam certamine manu dextera vul-
 nerata, ac praecisis ipsis nervis, causarius in posterum fuit. Nec mi-
 nora Gotthi damna ab Hunnis, in propinquo, ut dixi, metatis, accipie-
 bant: ita ut iam ipsos quoque urgeret fames, erepta, qua prius gaude-

πρότερον εἰσχομίζεσθαι. καὶ λοιμὸς δὲ αὐτοῖς ἐπιπεσὼν πολλοὺς
διέφθειρε, καὶ μάλιστα ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ὅπερ αὐτοῖς ἀγχοῦ
τῆς Ἀππίας ὁδοῦ ὕστατον, ὡσπερ μοι προδεδηλωται, γερονδὸς
H 218 ἔτυχε. καὶ αὐτῶν ὀλίγοι ἐνθένδε ὅσοι οὐ διεφθάρησαν ἐς τὰλλα
C χαρακώματα ὑπεχώρησαν. ταῦτό δὲ τοῦτο καὶ Οὐννοι παθόν- 5
τες ἐς Ῥώμην ἐσηλθον. ταῦτα μὲν οὖν ἐγένετο τῆδε. Προκό-
πιος δὲ, ἐπεὶ ἐν Καμπανίᾳ ἐγένετο, στρατιώτας τε οὐχ ἤσσους ἢ
πεντακοσίους ἐνταῦθα ἤγειρε, καὶ νεῶν πολὺ τι χρῆμα σίτου ἐμ-
πλησάμενος ἐν παρασκευῇ εἶχε. παρῆν δὲ οἱ καὶ Ἀντωνίνα οὐ
πολλῶ ὕστερον καὶ τοῦ στόλου ἤδη ζῶν αὐτῶ ἐπεμελεῖτο. 10

Τότε καὶ τὸ ὄρος ὃ Βέβιος ἐμνησάτο μὲν, οὐ μόντοι ἠρεῦ-
ξάτο, καίτοι γε καὶ λίαν ἐπίδοξος ἐπ' αὐτοῦ ἐλεγόνοι ὅτι ἠρεῦξε-
ται. διὸ δὴ καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις ξυνέβη ἐς δέος μέγα ἐμπεπτοκί-
ναι. τὸ δὲ ὄρος τοῦτο Νεαπόλεως μὲν ἑβδομήκοντα σταδίοις
D διέχει, τετραμμένον αὐτῇ πρὸς βορρῶν ἄνεμον, ἀπύτομον δὲ 15
ἀτεχνῶς ἔστι, τὰ κάτω μὲν ἀμφιλαφὲς κύκλῳ, τὰ ὑπερθεῖν δὲ
κρημινῶδες τε καὶ δεινῶς ἄγριον. ἐν δὲ τῇ τοῦ Βεβίου ὑπερβολῇ
σπήλαιον κατὰ μέσον μάλιστα βαθὺ φαίνεται, ὥστε εἰκάζειν αὐ-
τὸ ἄχρι καὶ ἐς τὰ ἔσχατα τοῦ ὄρους διήκειν. καὶ πῦρ ἐνταῦθα
ὄρῶν ἀρεστίην, ἣν τις ὑπερκύπτειν τολμήσειε, καὶ χρόνῳ μὲν 20
τῷ ἄλλῳ ἢ φλόξ ἐφ' ἑαυτὴν στρέφεται, πρῶγμα οὐδενὶ παρε-
χομένη τῶν ταύτῃ ἀνθρώπων, ἐπειδὴν δὲ κτύπον τινὰ μνησθῆναι
ἐμφορῆ τὸ ὄρος ἀγῆ, κόνεως μέγα τι χρῆμα οὐ πολλῶ ὕστερον

21. ἐαυτῆς] ἐαυτῆ L corr. ibid. στρέφεται] τρέφεται HL: illud
in marg. 23. ἀφίῃ] ἀφίγ P.

bant, libera potestate importandae rei cibariae. Accessit pestilentia, quae cum eos invasisset, multos necabat, praecipue in castris, quae ad viam Appiam, uti supra commemoravi, postremo fecerant. Quicumque superfuerunt, sane pauci, in alia castra se receperunt: idem passi Hunni, Romam ingressi sunt. Haec ibi. Procopius vero, postquam in Campaniam venit, illic milites minimum quingentos collegit, et onustas frumento naves quam plurimas disposuit. Haud multo post affuit Antonina, et cum eo tum classem curare coepit.

Eodem tempore Vesuvius mons immugit: at eorum nihil evomuit, quorum eruptionem mugitus ille minari sic videbatur, ut indigenae vehementer expaverint. Distat mons Neapoli stadiis LXX. obversus illi a Septentrione. Admodum praeruptus est: imus quidem eius ambitus grata nemorum opacitate blanditur; superior vero praecipitiis summaque horret asperitate. In medio fere vertice hiatus apparet, tam altus, ut ad imas montis radices pervadere videatur. Si quis ibi audeat intro despiceret, huic ignem videre licet: cuius flamma alias in se volvitur, nemini incolarum molesta. Verum ubi mons mugitui similem edit sonitum, plerumque ingentem cineris vim prorumpit haud multo post: quae pestis

ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἀνήσι. καὶ ἦν μὲν τινα ὀδῶν τὸ κακὸν τοῦτο
 βαδίζοντα λάβη, τοῦτον δὲ τὸν ἄνθρωπον οὐδεμιᾷ μηχανῇ βιώ-
 σισθαι ἔστιν, ἦν δὲ οἰκίαις τισὶν ἐπιπέσοι, πίπτουσι καὶ αὐταὶ
 τῷ τῆς κόνεως πλήθει ἀχθόμεναι. ἀνέμου δὲ σκληροῦ, ἃν οὕτω P 398
 5 τύχη, ἐπιπεσόντος, ἀνιέναι μὲν αὐτὴν ξυμβαίνει ἐς ὕψος μέγα,
 ὡς μηκέτι ἀνθρώπῳ ὄρατὴν γίνεσθαι, φέρεσθαι δὲ ὅπη ἂν αὐτῇ
 τὸ πνεῦμα ἐπίφορον ἴοι, ἐμπλίπτειν τε εἰς γῆν, ἢ ὡς ἐκαστάτω
 τυγχάνει οἶσα. καὶ ποτε μὲν φασιν ἐν Βυζαντίῳ ἐπιπεσοῦσαν
 οὕτως ἐκπλήξαι τοὺς ταύτῃ ἀνθρώπους ὥστε πανδημει εἰς ἐκείνου
 10 δὴ καὶ ἐς τότε τοῦ χρόνου λιταῖς ἐνιαυσίοις ἐξιλιάσκεσθαι τὸν θεὸν
 ἔγνωσαν, ἐς Τρίπολιν δὲ τῆς Λιβύης χρόνῳ ἑτέρῳ ἐμπεπτωκένας.
 καὶ πρότερον μὲν ἐνιαυτῶν ἑκατὸν ἦ καὶ πλειόνων τὸν μυκηθμὸν
 τοῦτόν φασι γενέσθαι, ὕστερον δὲ καὶ πολλῶ ἔτι θάσσον ξυμβῆ-
 ναι. τοῦτο μέντοι ἀπισχυρισάμενοι λέγουσιν, ὅτι δὴ ἐπειδὴν τῷ B
 15 Βεβίῳ ταύτην ἐρεύξασθαι τὴν κόνιν ξυμβαίη, εὐθνηεῖν ἀνάγκη
 τοὺς καρπὸς κατὰ τὴν ἐκείνη χώραν ἕπασαν. ἀπὸ δὲ λεπτό-
 τατός ἐστι καὶ πρὸς ὑγίαν ἱκανὸς πεφυκὼς ἐν τῷ ὄρει τούτῳ
 πάντων μάλιστα. ἐς τοῦτο ἀμέλει τοὺς φθόγῃ ἀλόγτους ἐκ τῶν
 ἄνωθεν χρόνων λιτροὶ πέμπουσι. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ Βεβίῳ ταύτῃ
 20 πη ἔχει.

ε'. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἄλλο στράτευμα ἐκ Βυζαντίου κατέ- C
 πλευσεν, Ἰσαύρων μὲν ἐς τὸν Νεαπόλεως λιμένα τρισχίλιοι, ὧν V 64
 Παῦλος καὶ Κώνων ἡγούντο, ἐς Ὑδρουῖντα δὲ Θραῖκες ἰππεῖς
 ὀκτακόσιοι, ὧν Ἰωάννης ἤρξεν ὁ Βιταλιανοῦ τοῦ πρώην τετυραν-

16. κατὰ add. P et Scaliger: om. HL.

23. Ὑδρουῖντα Pm et

Scaliger. Δρουῖντα P.

si in via quempiam deprehenderit, nullo is pacto mortem potest affuge-
 re: si in domos inciderit, eas corrunt, oppressae copia cineris. Hic de-
 mum, si forte ventus vehementior incumbat, in sublime adeo tollitur, ut
 visum fugiat, et quocumque impellit aura, perlatus, in terram decidat re-
 motissimam. Ferunt illius casu sic territum aliquando Byzantium, ut
 quae tunc ad placandum Deum decretae sunt, etiamnum habeantur so-
 lennes supplicationes. Alio tempore cadentem eum excepit Trípolis Li-
 byae. Iam autem anni sunt centum, et amplius, ut perhibent, cum prior
 mugitus editus fuit; alterius multo recentior est memoria. Caeterum af-
 firmant fieri non posse, quin omnis regio, in quam cineres Vesuvius eru-
 ctaverit, exuberet frugibus. In eo monte caelum est tenuissimum omnium,
 ac saluberrimum. Eo certo Medici diutina tabe correptos mittunt. Sed
 de Vesuvio hactenus.

5. Hoc interim spatio aliae Byzantio copiae navibus advectae sunt.
 Ac Neapolim quidem tria Isaurorum millia, Paulo et Conone ducibus,
 appulerunt, Hydruntem vero Thraeces equites mccc. quibus praecerat Ioan-

νηκότος ἀδελφιδούς και ζὺν αὐτοῖς ἕτεροι στρατιῶται ἐκ καταλί-
 γου ἱππικοῦ χλίου· ὧν ἄλλοι τε και Ἀλέξανδρός τε και Μαρκεν-
 τιος ἤρχον. ἐτύγγανε δὲ ἤδη και Ζήνων ζὺν τριακοσίοις ἱππιῶ-
 σιν ἐς Ῥώμην διὰ τε Σαμνίου και Λατίνης ὁδοῦ ἀφικόμενος. ἐπεὶ
 δὲ και Ἰωάννης ζὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐς Καμπυνίαν ἤλθεν, 5
 D ἀμάξας πολλὰς ἐκ Καλαβρῶν ἔχων, ἀνεμίγνυτο τοῖς πεντακο-
 σίοις ἠθροισμένοις ἐκ Καμπανίας, ὥσπερ μοι εἴρηται. οὗτοι
 μὲν ὁδὸν ἔχοντες τὴν παραλίαν ζὺν ταῖς ἀμάξαις ἦσαν ἐν νῶ
 ἔχοντες, ἦν τι ἀπαντήσῃ πολέμιον σῆσι, κίχλον τέ τινα και χα-
 ρακώματος σχῆμα τὰς ἀμάξας ποιησαμένους ἐνθένδε τοὺς ἐπιόν- 10
 τας ἀμύνασθαι, τοῖς δὲ ἀμφὶ Παῦλόν τε και Κώνωνα πλεῖν κατὰ
 τάχος ἐκέλευον, και σφίσιν εἰς Ὀστίαν ζυμῆσαι τὸ Ῥωμαίων
 ἐπίνειον, σίτον μὲν ἱκανὸν ἐν ταῖς ἀμάξαις ἐνθεμένοις, τὰς ναῦς
 τε ἀπάσας οὐ σίτου μόνον ἐμπλησαμένους, ἀλλὰ και οἴνου και
 P 399 τῶν ἀναγκαίων ἀπάντων. και αὐτοὶ μὲν τοὺς ἀμφὶ Μαρτίνον 15
 και Τραιανὸν ὦνοντο ἐς τὰ ἐπὶ Ταρακίνης χωρία ἐνρήσειν και ζὺν
 αὐτοῖς ἐνθένδε λέναι· γεγονότες δὲ ἄγχιστα ἔμαθον ὡς ὀλίγη
 πρότερον ἐς Ῥώμην μετάπεμπτοι ἀνεχώρησαν. Βελισάριος δὲ
 τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἰωάννην προῖέναι μαθὼν και δεισας μὴ σφᾶς οἱ
 πολέμιοι πλήθει πολλῶ ἀπαντήσαντες διαφθείρωσιν ἐποίηε τῆδε. 20
 πύλην τὴν Φλαμινίαν, οὗ δὴ αὐτῆς ἄγχιστα ἐνστρατοπεδεύσα-
 σθαι τοὺς πολέμιους τετύχηκε, λίθων οἰκοδομίας αὐτὸς κατ'
 ἀρχὰς τοῦδε τοῦ πολέμου ἀπέφραξεν, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἐμπρο-

23. ἐν τοῖς om. L.

nes, Vitaliani tyranni nuperi ex sorore nepos; et cum his e numeris equestribus alii milites mille, quibus, ut alios taceam, Alexander et Marcentius imperabant. Iam et Zeno cum ccc. equitibus Romam per Samnium ac viam Latinam pervenerat. Postquam autem Ioannes quoque cum caeteris omnibus in Campaniam advenit, coactis e Calabria plaustris quamplurimis instructus, adiunxit se quingentis illis, qui ex Campania, uti diximus, collecti fuerant. Hi secundum mare iter facientes, plaustra secum trahebant eo consilio, ut, si hostis occurreret, illis in castrorum speciem circumvallati, vim illatam repellerent. Iidem Paulo et Cononi mandaverant, ut celeri navigatione usi, copias secum ad Ostiam, Romanorum navale, iungerent. Magno frumenti numero in plaustra imposito, naves cunctas non solum frumento, sed vino etiam rebusque omnibus necessariis compleverant. Martinum quidem ac Traianum apud Tarracinae se offensuros et cum ipsis inde profecturos rebantur: verum, ubi proxime ventum est, eos Romam paulo ante revocatos abisse intellexerunt. Certior factus Belisarius Ioannis copias progredi, ac veritus ne ingenti hostes numero facti obviam, eas delerent, raticnem hanc iniit. Portam Flaminiam, ad quam hostes castra locaverant, ipse belli huius initio, quemadmodum in superiore libro narraui, lapideo pariete obstru-

σθεν λόγοις ἐρρήθη, ὅπως δὴ μὴ ἐνθύνδε οἱ πολέμιοι εὐπετῶς B
 ἔχουσι ἢ βιάζεσθαι ἢ τινα ἐπιβολὴν ἐς τὴν πόλιν πρῆεσθαι. καὶ H 219
 ἀπ' αὐτοῦ ξυμβολὴν οὐδεμίαν ἐν ταύτῃ γεγενῆσθαι ξυμβέβηκεν,
 οὐδέ τι οἱ βάρβαροι ἔσεσθαι σφίσι πολέμιοι ἐνθύνδε ὑπώπτεον.
 5 ταύτης τῆς πύλης ἔκτωρ τὴν οἰκοδομίαν περιελών, οὐδενὶ τῶν
 πάντων προειρημένον, τὸ πλείστον τοῦ στρατοῦ ἐνταῦθα ἤτοι-
 μαζεν. ἅμα τε ἡμέρᾳ διὰ πύλης Πιγκιανῆς Τραιανόν τε καὶ Διο-
 γένην ξὺν ἰππεῦσι χιλλοῖς ἐπεμψεν, οὓς δὴ ἐν τε τοῖς χαρακώ-
 μασι βάλλειν ἐκέλευσε καὶ, ἐπειδὴ οἱ ἐναντιοὶ ἐπ' αὐτοὺς ἴωσι,
 10 φεύγειν τε ἤκιστα αἰδομένους καὶ μέχρις ἐς τὸν περιβόλον ὑπε-
 λαύνειν δρόμῳ. τινὺς δὲ καὶ ταύτης ἐντὸς τῆς πυλίδος ἔστησεν.
 οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ Τραιανόν, καθάπερ σφίσι ἐπέστελλε Βελισά- C
 ριος, τοὺς βαρβάρους ἠρέθιζον, καὶ αὐτοὺς οἱ Γότθοι ἐκ πάν-
 των ἀγειρόμενοι τῶν χαρακωμάτων ἡμύνοντο. ἀμφότεροί τε ὡς
 15 τύχιστα ἐπὶ τὸν τῆς πόλεως περιβόλον ἤεσαν, οἱ μὲν ὅτι φεύ-
 γουσι δύξαν παρέχοντες, οἱ δὲ διώκειν τοὺς πολεμίους οἴομενοι.
 Βελισάριος δὲ, ἐπειδὴ τάχιστα τοὺς ἐναντιοὺς ἐς τὴν δίωξιν κα-
 θισταμένους εἶδε, πύλην τε τὴν Φλαμινίαν ἀνοίγνυσι καὶ τὸ στρα-
 20 τῶν Γότθων στρατόπεδον περὶ τὴν ταύτην ὁδὸν ἐτύγγανεν ὄν.
 καὶ τις αὐτοῦ ἔμπροσθεν ἦν στενοχωρία κρημνώδης τε καὶ δεινῶς
 ἄβατος. ἐνταῦθα τῶν τις βαρβάρων τεθωρακισμένος τε καὶ
 σώματος εὖ ἐς ἀγῶνα ἦκων, ἐπειδὴ εἶδε προϊόντας τοὺς πολε- D
 μίους, προτερήσας εἰστήκει καὶ τοὺς ἑταίρους ἐκάλει τε καὶ πρό-

23. εὖ om. HL: habent marg.

xerat, ne ea Barbari vel inferre vim facile possent, vel in urbem quidquam moliri. Quocirca nunquam ibi pugnatum fuerat, et ea parte nihil hostile Barbari suspicabantur. Belisarius praestructum huic portae obicem noctu demolitus, quod nemini se facturum praedixerat, partem exercitus maximam ibi disposuit. Prima luce, Traianum ac Diogenem porta Pinciana cum equitibus mille emittit, iubetque telis castra impetere, et ubi hostes eruperint, abiecto pudore, ad muros usque refugere citato cursu. Nonnullos etiam citra hanc portam collocat. Ergo qui cum Traiano erant, Barbaros ex Belisarii praescripto lacessunt: tum eos Gotthi ex omnibus castris confluentes repellere: mox intendere utrique cursum ad urbis moenia, hi fugientium speciem atque opinionem praebentes, illi se hostem in fugam agere existimantes. Simul hostes Belisarius vidit instando proveli, portam Flaminiam aperit, copiasque in Barbaros necopinantes emittit. Viae, quae illic est, imminebat unum ex Gotthorum vallis: pro quo erant angustiae praecipites atque aditu difficillimae. Ut primum hostes eo vidit accedere Barbarus quidam indutus lorica, validoque ad pugnandum corpore praeditus, prior insistit, sociosque incla-

τερον ἤδη τὴν στενοχωρίαν καταλαβεῖν καὶ ξυμφυλάσσειν ἤξιον.
 Μουνδύλας δὲ φθάσας αὐτόν τε ἔκτεινε καὶ τῶν ἄλλων βαρβάρων
 V 65 οὐδένα ἐς τοῦτον διελθεῖν τὸν στενωπὸν ξυνεχώρησεν. διελθόν-
 τες οὖν, οὐδενὸς σφίσι ἀντιστατοῦντος, ἕς τε τὸ πλησίον χα-
 ράκωμα ἵκοντο καὶ αὐτοῦ τινες δι' ὀλίγου ἀποπειρασόμενοι οὐκ ἔ-
 ῥσχον εἰεῖν ἰσχυρῶς τοῦ χαρακώματος, καίπερ οὐ πολλῶν ἐνταῦθα
 ἐγκαταλελειμμένων βαρβάρων. ἦ τε γὰρ τάφρος ἐς μέγα τι βά-
 θος ὀρώρουτο καὶ χοῦς ὡς ἐνθένδε ἀγῆρητο, ἐς τὴν ἐντὸς αἰεὶ ἐν-
 τιθέμενος μοῖραν ἐς ὕψος τε ἤρετο καὶ ἀντὶ τείχους ἐγένετο, τοῖς
 P 400 τε σκόλοπι περισταύρωτο ὑπερφῶς, ὀξέσι τε λίαν καὶ συχοῖς 10
 οὖσιν. οἷς δὴ θαρσοῦντες οἱ βάρβαροι καρτερῶς τοὺς πολεμίους
 ἡμύοντο. εἰς δὲ τῶν Βελισαρίου ὑπασπιστῶν, Ἀκυλῖνος ὄνο-
 μα, δροστήριος ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα, λῶρον λαβόμενος ἵππου,
 ἐνθένδε ξὺν τῷ ἵππῳ ἐς μέσον τὸ χαρακωμα ἤλατο, καὶ τινὰς
 τῶν ἐναντίων αὐτοῦ ἔκτεινε. περιστάτων δὲ αὐτὸν συχνά τε 15
 ἀκοντιζόντων τῶν ἐναντίων ὁ μὲν ἵππος πληγῆς ἐπεσειν, αὐτὸς
 δὲ παρὰ δόξαν διὰ μέσων τῶν πολεμίων διέφυγε. πεζὸς δὲ ξὺν
 τοῖς ἑτέροις ἐπὶ πύλας Πιγκιανὰς ἦει. ἔτι δὲ διώκοντας τοὺς βαρ-
 βάρους καταλαβόντες καὶ κατὰ νότον βάλλοντες ἔκτειναν. ὅπερ
 δὴ οἱ ἀμφὶ Τραιανὸν κατιδόντες, ἐπιβεβοηθηκότων σφίσι καὶ 20
 τῶν ταύτῃ ἐν παραιοσκεπῇ καθεστῶτων ἱππέων, ἐπὶ τοὺς διώκον-
 B τας δρόμῳ ἐχώρου. τότε δὴ οἱ Γότθοι καταστρατηγηθέντες τε
 καὶ τῶν πολεμίων ἐν μέσῳ ἐκ τοῦ ἀπροσδοκῆτου ἀπειλημμένοι,
 οὐδενὶ κόσμῳ ἔκτεινοντο. πολὺς τε αὐτῶν γέγονε φόνος καὶ ὀλί-

mans, hortatur, ut iam ocyus angustias occupent, ac secum custodiant.
 Sed antevertens Mundilas ipsum obruncat, nec Barbarum quemquam
 angustum aditum succedere sinit. Romani vero, repugnante nemine, sub-
 euntes, ad vicina castra evadunt: quae firmo defensa posita nonnulli ali-
 quandiu tentarunt frustra, quamvis non admodum multi in his Barbari
 relicti essent. Nam et fossa erat altissima, ac terra, quaecumque inde
 egesta fuerat, in margine interiori exaggerata sic eminebat, ut muri vic-
 cem exhiberet, vallisque acutissimis densissimisque cineta horrebat. Quo
 freti praesidio Barbari, hostem acriter prohibebant. Tum Aquillius
 (erat hic e Scutariorum Belisarii numero) vir strenuissimus, apprehenso
 equi loro, in media castra cum equo insillit, ibique hostium nonnullos
 caedit. Subinde ab aliis circumfusus iaculisque appetitus, strato vulne-
 ribus equo, per medios hostes praeter opinionem evadit, et pedibus ad
 portam Pincianam se confert cum sociis: qui Barbarus adhuc nostris in-
 stantes assecuti, caedem, coniectis in terga telis, facere coeperunt. Quod
 ubi Traianus animadvertit, turmis equitum, qui praesto illuc erant, adiu-
 tum, cum suis cursum in persequentes flectit. Tum Gotthi astu decepti
 bellico, atque improvise ab hostibus incercepti, foede trucidabantur. Ma-

γοι κομιδῇ ἐς τὰ στρατόπεδα διέφυγον μόλις, οἷ τε λοιποὶ περὶ
 πᾶσι τοῖς χαρακώμασι δεισαντες αὐτοῦ φραζάμενοι τὸ λοιπὸν ἔμι-
 νον, αὐτίκα δὴ μῦλα ἐπιέναι σφίσι τοὺς Ῥωμαίους οἰόμενοι. ἐν
 τούτῳ τῷ ἔργῳ τῶν τις βαρβάρων Τραιανὸν βῆλλει ἐς τὸ πρόσω-
 5 πον, ὀφθαλμοῦ μὲν τοῦ δεξιοῦ ἄνωθεν, ὀλίγῳ δὲ τῆς ῥινὸς ἄπο-
 θεν. καὶ σιδήρος μὲν ἅπας ἐντός τε ἐπάγῃ καὶ παντάπασιν ἀφα-
 νῆς γέγονε, καίπερ μεγάλην τε τὴν ἀκίδα ἔχων καὶ μακρὰν κομι-
 δῇ, τοῦ δὲ βέλους τὸ λειπόμενον ἐς τὴν γῆν οὐδενὸς βιασαμένου C
 εὐθὺς ἔπιεσε. δοκεῖ γάρ μοι οὐδὲ ἀσφαλῶς ἐς αὐτὸν ὁ σιδήρος
 10 πη ἔρηρθεσθαι. Τραιανῷ μέντοι αἰσθησὶς τούτου οὐδεμίαν ἐγέ-
 νετο, ἀλλ' οὐδὲν τι ἤσσαν κτείνων τε καὶ διώκων τοὺς πολεμίους
 διέμεινε. πέμπτῳ δὲ ὕστερον ἐνιαυτῷ αὐτομάτως ἐν τῷ προσώ-
 πῳ προὔχον τὸ τοῦ σιδήρου ἄκρον ἐφάνη. τρίτον δὲ τοῦτο ἔτος
 15 ἔξ οὗ κατὰ βραχὺ πρόεισιν ἔξω ἤει. ἐπίδοξος οὖν ἐστὶ πολλῶ
 15 ὕστερον ἔξω γενήσεσθαι ἢ ἀκὶς ζύμπασα. ἐμπόδιος δὲ τῷ ἀνθρώ-
 πῳ οὐδαμῇ γέγονε. ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἔαχεν.

ζ'. Οἱ δὲ βάρβαροι εὐθὺς μὲν ἀπεγίνωσκόν τε τὸν πό- D
 λεμον καὶ ὅπως ἐνθὲνδε ἀναχωρήσουσιν ἐν βουλῇ εἶχον, πρὸς
 τε τοῦ λοιμοῦ καὶ τῶν πολεμίων διεφθαρμένοι, ἐς ὀλίγους τε
 20 ἤδη ἐκ μυριάδων περιεστηκότες πολλῶν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ H 220
 τῷ λιμῷ πιεζόμενοι τῷ μὲν λόγῳ πολιορκοῦντες, ἔργῳ δὲ πο-
 λιορκούμενοι πρὸς τῶν ἐναντίων καὶ πάντων ἀποκεκλεισμένοι
 τῶν ἀναγκαίων. ἐπεὶ δὲ καὶ στράτευμα ἕτερον ἔλθειν τοῖς πο-
 λεμίοις κατὰ γῆν τε καὶ θάλασσαν ἐκ Βυζαντίου ἐπέθοντο, οὐχ

14. ἔξω P ex Vat. ἔνδοθι HL. ἔνδοθεν Maltretus.

gna eorum edita strage, oppido pauci in castra sese vix recepere: cae-
 teri suis omnibus castris timentes, ratique impetum mox facturos Roma-
 nos, loci praesidium minime dimittebant. In eo certamine Barbarus qui-
 dam Traiani faciem telo contigit supra dexterum oculum, haud procul
 naso. Ac ferrum quidem penitus infixum omnino latebat, quamvis ma-
 gnam et valde longam haberet cuspidem. Pars teli reliqua protinus hu-
 mi decidit sponte: quippe cui ferrum, ut arbitrator, leviter inhaereret.
 Ictum hunc Traianus minime sentiens, nihilo segnius urgere hostes ac
 caede sternere institit. Quinto post anno, sponte in vultu prominens
 ferri mucro se prodidit: iamque annus agitur tertius, ex quo magis ac
 magis paulatim exit: ita ut aliquando, sero licet, excessurus prorsus vi-
 deatur: homini autem nihil affert impedimenti. Haec ita se habuerunt.

6. Continuo Barbari desperare bello coeperunt, ac de discessu de-
 liberare: cum et pestilentiae vi et hostili ferro iam ad paucos e myria-
 dibus multis redacti, maximeque urgente fame, sic intercluderentur com-
 mentu omni, ut verbo tenus atque in speciem obsessores, reipsa ab hos-
 tibus obsiderentur. Ad haec, accepto nuntio, Romanis Byzantio terra

- P 401 ὅσον ἐτύγχανεν ὄν, ἀλλ' ὅσον ἢ τῆς φήμης ἔξουσία ποιεῖν ἴσχυε, κατωρρωδηκότες τὸν πόλεμον τὴν ἀναχώρησιν ἐν βουλῇ ἐποιού-
το. ἐπεμψαν οὖν πρέσβεις ἐς Ῥώμην καὶ Ῥωμαῖον ἄνδρα ἐν
Γότθοις δόκιμον τρίτον αὐτὸν, ὃς παρὰ Βελισάριον ἰλθὼν ἐλεξε
τοιούδε „Ὡς μὲν οὐδετέροις ἡμῶν ἐς τὸ ξυμφέρον τὰ τοῦ πολλ- 5
μου κηώρηκεν ἔξεπίσταται ἡμῶν ἕκαστος ἐς αὐτὴν ἤκων τῶν ἐν-
θένδε δυσκόλων τὴν πείραν. τί γὰρ ἂν τις ἐκατέρων ἀρηθρεῖ
τῶν στρατοπέδων, ὧν οὐδετέροις ἢ ὄγνοια κείσθαι ξυμπέπτωκεν;
ὡς δὲ ἄξονέτων ἐστὶν ἀνδρῶν ἀπέραντά τε ταλαιπωρεῖν βούλε-
B σθαι, φιλονεκίας ἕνεκα τῆς αὐτίκα, καὶ λύσιν τῶν ἐνοχλούντων 10
μηδεμίαν εὐρεῖν, οὐδεὶς ἂν, οἶμαι, τοῦτό γε οὐκ ὄντως ἀνόητος
ὦν ἀντίποι. ὅταν δὲ αὐτὰ οὕτως ἔχη, τοὺς ἐκατέρων ἡγουμέ-
V 66 νους προσήκει μὴ δόξης τῆς οἰκείας τὴν τῶν ἀρχομένων σωτηρίαν
προῖεσθαι, ἀλλὰ τὰ τε δίκαια τὰ τε ξύμφορα οὐ σφίσιν αὐτοῖς
μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σφῶν ἐναντίοις ἐλέσθαι, οὕτω τε τὴν διά- 15
λυσιν τῶν παρόντων ποιεῖσθαι δυσκόλων. τὸ μὲν γὰρ τῶν με-
τρίων ἐφείσθαι πᾶσι χαλεποῖς δίδοται πόρον, τῷ δὲ φιλονεκῶ
τὸ μηδὲν περαινέσθαι τῶν δεόντων συμπέφυκεν. ἡμεῖς μὲν οὖν
καταστροφῆς περὶ τοῦδε βουλευσάμενοι τοῦ πολέμου τὰ ξύμφορα
C ἐκατέροις προτεινόμενοι, ἐν οἷς τι καὶ τῶν δικαίων ἐλασσοῦσθαι 20
οἰόμεθα, παρ' ἡμᾶς ἤκομεν. ὅπως δὲ καὶ ἑμεῖς μὴ φιλονεκία
τινὲ πρὸς ἡμᾶς χρώμενοι διαφθείρεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ ξυνοίσοντα

8. ὡν οὐδετέροις L. ὡν οὐδ' ἑτέροις P. 9. ὡς P cum Scalligero. ὃς HL. 12. ἀντίποι] Vulgo ἀνεπίη. 15. τε τὴν L. τε καὶ τὴν P. 17. δίδοται] δίδοσθαι HL: illud in marg.

marique exercitum advenire, non quantulus erat, sed quantus famae arbitrio fingebatur; bellum perhorrescentes, de maturanda protectione consilia agitabant. Itaque Oratores Romam destinant, et virum Romanum, inter Gotthos auctoritate praestantem, cum duobus aliis: qui ad Belisarium admissus, his fere verbis disseruit. Quisque nostrum acerrimas, quae bellum parit, expertus, neutri id parti utile fuisse didicit. Quis enim est in utroque exercitu, qui, quod neutri ignorant, negare velit? Nec quisquam, opinor, nisi vere desipiat, repugnabit dicenti mihi stultorum esse hominum ob institutam honoris contentionem in malis semper haerere velle, neque ullum molestiarum exitum reperire. Quae cum ita sint, eorum est, qui genti utrique praesent, non profundere subditorum salutem, laudis propriae gratia; sed quod aequum est, et cum sibi, tum hostibus conducibile amplectendo, huius temporis calamitati finem imponere. Etenim acerba quaeque et difficilia expedit mediocritatis amor: dum ambitio, pro ingenua malignitate, nullum praestat officium. Itaque finiendi belli consilium huic offerimus, proponentes quae in rem communem erunt; licet ius in his nostrum haud omnino retineamus. Et vos cavete, ne quodam nobiscum superbe certandi studio ducti, malitis in perniciem ruere, quam ve-

ὑμῖν αὐτοῖς ἐλεῖσθαι βουλευέσθε. προαίτει δὲ μὴ ζῆν ἔγχειρ-
σει τοὺς λόγους ἀμφοτέρους ποιεῖσθαι, ἀλλ' ὑπολαμβάνοντας ἐκ
τοῦ παραυτίκα, ἦν τι μὴ ἐπιτηδείως εἰρησθαι δοκῆ. οὕτω γὰρ
ἐκατέρωθεν εἰρηκέναι τε διὰ βραχέος ὅσα σφίσι κατὰ νοῦν ἔστι καὶ
5 τὰ δέοντα πεπρῶχθαι ξυμβήσεται.“ ἀπεκρίνατο οὖν Βελισάριος
, „Οὕτω μὲν, ὅπως φατέ, προΐεναί τὸν διάλογον οὐδὲν κωλύσει, D
ὅπως δὲ εἰρηναῖά τε καὶ δίκαια πρὸς ὑμῶν λέγοιτο.“ αὐθις οὖν
Γότθων οἱ πρόσβεις εἶπον „Ἠδικήκατε ἡμῶς, ἄνδρες Ῥωμαῖοι,
ἐπὶ φίλους τε καὶ ξυμμάχους ὄντας ὄπλα οὐ δέον ἀράμενοι. ἔρου-
10 μιν δὲ ἄπερ καὶ ὑμῶν ἕκαστον οἰόμεθα ξυνεπίστασθαι. Γύτθοι
γὰρ οὐ βία Ῥωμαίους ἀφελόμενοι γῆν τῆς Ἰταλίας ἐκτήσαντο,
ἀλλ' Ὀδοάκρος ποτε τὸν αὐτοκράτορα καθελὼν ἐς τυραννίδα τὴν
τῆδε πολιτείαν μεταβαλὼν εἴχε. Ζήνων δὲ τότε τῆς ἐφώας κρα-
τῶν καὶ τιμωρεῖν μὲν τῷ ξυμβεβασιλευκότι βουλόμενος κατὰ τοῦ
15 τυράννου, τὴν δὲ χώραν ἐλευθεροῦν, Ὀδοάκρου δὲ καταλύσαι
τὴν δύναμιν οὐχ οἶός τε ὦν, Θεωδέριχον ἀναπέθει τὸν ἡμῶν ἄρ-
χοντα, καίπερ αὐτὸν τε καὶ Βυζάντιον πολιορκεῖν μέλλοντα, κα-
ταλύσειν μὲν τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν τιμῆς ἀταμνησθέντα πρὸς
αὐτοῦ ἧς τετύχηκεν ἤδη, καὶ πατρικίως τε καὶ Ῥωμαίων γεγωνῶς
20 ὑπάτος, Ὀδοάκρου δὲ ἀδικίας τῆς ἐς Ἀγούστουλον τίσασθαι, P 402
καὶ τῆς χώρας αὐτὸν τε καὶ Γότθους τὸ λοιπὸν κρατεῖν ὀρθῶς καὶ

2. ἀμφοτέρους] ἀμφοτέρων H: illud Hm. 3. δοκῆ — βραχέος
ex Vat. add. P: om. H, non L. 7. ὅπως] ὡς Hm. *ibid.* ὑμῶν]
ἡμῶν L. 14. ξυμβεβασιλευκότι] ξυμβεβουλευκότι L. 19. γε-
γωνῶς] γέγονεν HL. 20. Ἀγούστουλον] Vulgo Ἀγούστουλον.

*stras sequi utilitates. Caeterum convenit orationes utrinque haberi non
continentes; at si quid perperam dictum videbitur, illico interpellari. Quo
fiet, ut quae quisque habet in animo, comprehense ac praesise dicat, et of-
ficio fungatur suo. Tum haec retulit Belisarius. Ita quidem, ut dicitis,
procedat colloquium per me licet: sed videte ut pacis studio et aequitati
sermo vester conveniat. Rursus Gotthorum Oratores. Inique fecistis,
Romani, cum in nos, amicos licet sociosque vestros, arma, contra quam
fas erat, sumpsistis. In eam rem proferre satis habebimus, quae cuiusque
vestrum nota esse existimamus. Non ita Gotthi Italia potiti sunt, ut ea Ro-
manos per vim spoliaverint. Sed olim Odoacer, sublato Imperatore, rei
administrationem publicae, hic tyrannide mulatam, obtinuit. Tunc temporis
Zeno Orientis Imperator in animo habens, ei, qui consors principatus fue-
rat, factam a tyranno iniuriam ulcisci, atque has oras in libertatem resti-
tuere; cum Odoacri potentiam evertere non posset; Theoderico principi
nostro, paranti ipsum ac Byzantium obsidere, persuasit, ut in gratiam se-
cum rediret, honorum memor, quos ab ipso consecutus iam esset (quippe
ascriptus Patriciis, et factus Consul Rom. fuerat) Augustulo illatam ab
Odoacero iniuriam ultum iret, ac provincias ipse et Gotthi deinceps iure*

δικαίως. οὕτω τοίνυν παραλαβόντες τὴν τῆς Ἰταλίας ἀρχὴν τοῦς τε νόμους καὶ τὴν πολιτείαν διεσωσάμεθα τῶν πάποτε βεβασιλευκότων οὐδενὸς ἥσσον, καὶ Θεουδερῆχου μὲν ἢ ἄλλου ὄτουσῶν διαδεξαμένον τὸ Γότθων κράτος νόμος τὸ παράπαν οὐδεὶς οὐκ ἐν γράμμασιν, οὐκ ἄγραφός ἐστι. τὰ δὲ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας τε 5 καὶ πίστειος οὕτω Ῥωμαίοις ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐφυλάξαμεν, ὥστε Ἰταλιωτῶν μὲν τὴν δόξαν οὐδεὶς οὐχ ἐκῶν οὐκ ἀκούσιος ἐς τήνδε τὴν ἡμέραν μετέβαλεν, Γότθων τε μεταβεβλημένων ἐπιστροφῇ
B τις οὐδαμῶς γέγονε. καὶ μὴν καὶ τὰ Ῥωμαίων ἱερὰ τιμῆς παρ' ἡμῶν τῆς ἀνωτάτω τετύχτηεν. οὐ γὰρ οὐδεὶς εἰς τι τούτων κα-10 ταφυγῶν πάποτε πρὸς οὐδενὸς ἀνθρώπων βεβίασται, ἀλλὰ καὶ πάσας τὰς τῆς πολιτείας ἀρχὰς αὐτοὶ μὲν διαγεγόνασιν ἔχοντες, Γότθος δὲ αὐτῶν μετέσχεν οὐδεὶς. ἢ παρελθὼν τις ἡμῶς ἐλεγχέτω, ἢν μὴ μετὰ τοῦ ἀληθοῦς ἡμῖν εἰρησθαι οἴηται. προσθελήθ' ἂν τις ὡς καὶ τὸ ὑπάτων ἀξίωμα Γότθοι ξυνεχώρουν Ῥω-15 μαίοις πρὸς τοῦ τῶν εἰῶν βασιλέως ἐς ἕκαστον ἔτος κομιῆσθαι. ὑμεῖς δὲ, τούτων τοιούτων ὄντων, Ἰταλίαν μὲν οὐ προσεποιήσθε, κακουμένης ὑπὸ τῶν Ὀδοάκρου βαρβάρων, καίπερ οὐ δι'
H 221 ὀλλήγου, ἀλλ' ἐς δέκα ἐνιαυτοὺς τὰ δεινὰ ἐργασυμένον, τῶν δὲ
C τοῦς δικαίως αὐτὴν κεκτημένους, οὐδὲν ὑμῖν προσῆκον, βιάζε-20 σθε. οὐκοῦν ἐντεῦθεν ἡμῖν ἐκποδῶν ἴστασθε, τὰ τε ὑμέτερα αὐτῶν ἔχοντες καὶ ὅσα ληισόμενοι τετυχῆκατε. Βελισάριος ἔφη „Ἡ μὲν ὑπόσχεσις ὑμῶν βραχέα τε εἰρησθαι καὶ μέτρια προσῦλε-

8. ἡμέραν L. ἡμετέραν P. 10. εἰς τι] εἰς ὃ τι L. 15. καὶ τὸ L. καὶ οἱ τὸ P. 17. τούτων om. L.

optimo possiderent. Hoc igitur pacto Italiae regnum adepti, leges ac regiminis formam haud minori studio, quam quivis Imperatorum veterum, conservavimus, neque ulla prorsus Theoderici, aliusve cuiuspiam Gotthorum Regis lex scripta extat, vel inscripta. Quod ad divinum cultum fidemque attinet, Romanis in integro rem sic esse voluimus, ut Italorum nemo religionem, nec volens, nec coactus, ad hanc diem mutaverit, neque in Gotthos, qui ad illorum sacra transierunt, ullo sit modo animadversum. Immo vero honorem summum templis Romanorum impendimus. Quisquis enim salutem suam eorum cuiquam aliquando commisit, ei vim nullus mortaliū attulit. Praeterea civiles omnes Magistratus gessere ipsi, neque illos cum Gotthorum quospiam communicarunt: quae si quis falso dicta a nobis putat, nos palam confutet. Accedit huc, quod Romanis per Gotthos licuit ab Orientis Imperatore Consulatum quotannis accipere. Nihilominus vos, qui Italiam vobis non asseruistis, dum a Barbaris atteretur, quibus imperabat Odoacer, malorum auctor non brevi spatio, sed per annos decem; nunc iustos illius dominos iniqua vi deturbare nitimini. Itaque hinc cum rebus vestrīs et omni praeda facessite. Belisarius vero, Brevem, inquit, ac modestam orationem polliciti, longam et affinem iactantiae habuistis.

γεν, ἣ δὲ ῥῆσις μακρά τε καὶ οὐ πύρρῳ ἀλαζονείας ὑμῖν γέγονε. Θεοδέριχον δὲ βασιλεὺς Ζήνων Ὀδοῦκῳ πολέμησοντα ἔπεμψεν, οὐκ ἐφ' ᾧ Ἰταλίας αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ἔχοι· τί γὰρ ἂν καὶ τύραννον τυράννου διαλλάσσειν βασιλεὶ ἕμελεν; ἀλλ' ἐφ' ᾧ ἔλευθέρῳ 5 τε καὶ βασιλεὶ κατήκοος ἴσται. ὁ δὲ τὰ περὶ τὸν τύραννον εὖ διαθίμενος ἀγνωμοσίῃ εἰς τᾶλλα οὐκ ἐν μετρίοις ἐχρήσατο. ἀποδίδναι γὰρ τῷ κυρίῳ τὴν γῆν οὐδαμῆ ἔγνω. οἶμαι δὲ ἔγωγε τὸν τε βιασάμενον καὶ ὅς ἂν τὰ τοῦ πέλας ἐκουσίως μὴ ἀποδιδῶ D ἴσον γε εἶναι. ἐγὼ μὲν οὖν χώραν τὴν βασιλείως ἐτέρῳ τῷ οὐκ 10 ἂν παραδοίην. εἰ δὲ του ἄλλου τυχεῖν βούλεισθε, λέγειν ἀφήμι.“ V 67 οἱ δὲ βέρβαροι „Ὡς μὲν ἀληθῆ πάντα ἡμῖν εἴρηται οὐδὲ ὑμῶν τινα λήθηθεν. ἡμεῖς δὲ ὅπως ἤκιστα φιλονεικεῖν δόξαιμεν, καὶ Σικελίας, τοσαύτης τε τὸ μέγεθος καὶ τοιαύτης τὸν πλοῦτον οὐσης, ὑμῖν ἐξιστάμεθα, ἧς δὴ ἐκτός Λιβύην ὑμᾶς ἀσφαλῶς κε- 15 κτῆσθαι οὐ δυνατόν.“ καὶ ὁ Βελισάριος „Ἡμεῖς δὲ Γότθοις Βρεττανίαν ὅλην συγχωροῦμεν ἔχειν, μετῴ τὸ παρὰ πολὺ Σικελίας οὖσαν καὶ Ῥωμαίων κατήκοον τὸ ἀνεκαθεν γεγεννημένην. τοὺς γὰρ εὐεργεσίας ἢ χύριτός τινος ἄρξαντας τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι ἄξιον.“ βέρβαροι „Οὐκοῦν, ἦν τι καὶ περὶ Καμπανίας 20 ὑμῖν ἢ Νεαπόλεως αὐτῆς εἶποιμεν, οὐκ ἂν δέξαιοσθε;“ Βελισάριος „Μηδαμῆ. οὐ γὰρ ἴσμεν κύριοι τὰ βασιλείως πράγματα P 403 διοικήσασθαι, οὐκ ὅπη αὐτῷ βουλομένῳ ἐστίν.“ βέρβαροι

11. οἱ δὲ βέρβαροι et sequentes in hoc capite personarum notas ex Vat. add. P. 13. πλοῦτον] πλοῦν L. 15. Γότθοις] γότθους HL: illud marg. 16. Βρεττανίαν] βρεττανίαν L. 20. δέξαιοσθε] Vulgo δέξασθε. 21. Μηδαμῆ om. L. 22. βουλομένῳ Pm. βουλομένῳ P.

